

et inconvulsas permanere decrevimus in ea libertate, ut fratres ibidem deo militantes plenam habeant potestatem eas ad utilitatem ecclesiae suae convertendi. Optamus autem et volumus locum iam dictum et bona ei attinentia in villis, in silvis, in campis, in agris cultis ac incultis, in pratis ac pascuis, in arboribus et arbustis, in hortis et areis, in aquis et aquarum decursibus, in exitibus et redivisibus, in acquirendis et acquisitis, in redditibus et proventibus ac omni prorsus utilitate, quae nunc inest vel in futurum inesse poterit, ab omni hominum invasione et precaria exactione salva manere eorum pro quorum sustentatione oblata sunt usibus omnimodis profutura⁹⁾. Et ne aliquis successorum nostrorum vel quilibet alius quod absit haec quae statui-
mus immutare attemptet, praesentem paginam sigillo nostro munitam conscribi et eorum qui sunt infra notati testimonio fecimus roborari. Si quis autem etc. (wie No. 147). Testes sunt hi, Sifridus abbas Pigauiensis, Bruno praepositus ecclesiae maioris Misnensis, Theodericus praepositus Worcinensis, Theodericus custos Misnensis, Theodericus Polonus, Luitherus, Vlricus, Nicolaus, Bertrammus, Wipertus, magister Martinus. Acta sunt haec anno¹⁰⁾ dominicae incarnationis M°.CC°.V°. pontificatus nostri XV°. Indictione VIII^a. feliciter amen.

Nach zwei im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden befindlichen Ausfertigungen mit den schadhaf-
t gewordenen Siegeln des Bischofs an rothseidenen Schnuren.

Ursinus St. Afra S. 109 — 113.

9) *Optamus autem — omnimodis profutura* fehlt B. 10) *anno* fehlt B.

No. 149. 1205.

B. Dietrich übergibt dem Augustiner-Chorherrenstift die Marienkirche am Markte mit deren Einkommen und Zuehör.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Theodericus Misnensis episcopus. Cura pastoralis officii quam gerimus hoc exposcit, ut gregi religiose viventi praecipue a nobis plantato debita sollicitudine provideamus, ne inopia temporalium ipsum compellat a religionis proposito resilire. Ea propter notum esse volumus tam praesentis quam futuri temporis fidelibus, quod nos novellae plantationi nostrae, quam nuper ordinavimus canonicorum regularium ecclesiae sanctae Afrae in Misna paterno affectu consulere volentes, cum unanimi fratrum nostrorum consensu ecclesiam sanctae Mariae forensensem ipsis contulimus cum omni utilitate et pertinentiis eius, videlicet cum decimis in his villis, in Sornuitz XXII modiis utriusque annonae siliginis et avenae, in Oerul XXXII modiis utriusque annonae, in Choza VIII modiis utriusque annonae Haynensis mensurae, in Grobere XX modiis utriusque annonae Misnensis mensurae, et cum scocis in his villis, in Borascuitz XII scocis utriusque annonae, in Biscopitz II scocis, in Dere tribus scocis, Didiscuitz XI scocis, Boserwitz VIII scocis, Jauwernitz XIII scocis et cum villa Ratsvitz cuius sex sunt mansi et cum silva adiacente agris, cuius silvae hi sunt termini: rivulus in magno fundo decurrens, qui dividit agros villarum Bretselin et Ratsvitz, idem rivulus dividit silvam domini Ottonis